



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

IV. De baptizandis sub co[n]ditione baptizatis, in casu neceßitatis, etia[m]
ab obstetricib[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

num. Si res vrget, & dubium remanet, baptiza; sed sub conditione, *si homo es.*

NVM: IV.

De rebaptizandis, à laicis, vel obstetricibus in necessitate baptizatis.

Neminem ritè baptizatum rebaptizes, ne fias sacrilegus, & irregularis; si tamen meritò dubites de valore prioris baptismi, & post diligentem inquisitionem remaneat rationabile dubium, aliquid defuisse circa debitam intentionem, materiam, aut formam, rebaptizare debes sub hac conditione, *si non es baptizatus.* Deprehensum est, non modò ab aliis rudioribus; sed etiam ab obstetricibus peccari in baptizandis infanribus; quòd multi, quæ necessaria sint, ignorant, quòd nonnullæ in kindu dæmonis, aut quòd res sacras minùs æstiment, in necessariis errârunt: accedit præterea in repentinis illis casibus tanta perturbatio; vt multa tumultu-

80 *Institutionum Pastoralium*
ariè, & confusè agantur etiam à peri-
tis; & obstetrices quidem, etsi postea
videant se errâsse, mentiri possent Pa-
rocho, ne de malè actò negotio acriùs
reprehendantur. Ob has causas, &
exempla, quæ errorem non rarò de-
monstrârunt; bonorum authorum
sententia fecit: vt multis in locis ba-
ptizati ab eiusmodi hominibus reba-
ptizentur sub conditione: idq; vt fiat
præscribit pastorale Passlaviense, &
multi sapienter vsurpant: si iam adulti
fuerint, fieri poterit priuatim, authori-
sum, vt sequaris, nisi de prioris bap-
tismi valore tibi planè constet.

NVM: V.

De pueris expositis.

Similiter, similésq; ob causas pueros
ad ianuam templi, ad hospitale,
vel alibi expositos baptiza, nisi
de baptismo ritè collato aliunde tibi
constiterit: nam plerumq; exponunt
matres malæ vitæ, & rerum sacrarum
igna-